



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum. Cap. IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

nos humane; ita etiam Iesus, quod saluauit nos, id est, suum populum, quod maxime eum demonstrat Deum vere, & natura omnium Dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur: deceat autem magis omnia dicere esse Unigeniti, etsi factus sit homo. Dicit fortasse aliquis: Ad quid Moysis dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus, quod Dei quidem populus nominatus sit, & id erat vere: verum quoniam ad defectionem deductus est, & vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur, sed eum iam homini destinauit. At nos non ita. proprii enim sumus Filii, eo quod & Deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ita enim ait David: *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus pascuæ eius, & oves manuum eius.* Denique etiam ipse de nobis dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Rursus: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me congregare, ut fiat unus grex, & unus pastor.* Mandabat autem etiam beato Petro: *Simon Joannis, amas me? Pasce agnos meos.*

Quam ob causam homo dictum sit Dei Verbum.

CAP. IV.

Citatur hic locus a S. Leone papa in epist. 97. ad Leonem imp. & lectus fuit in Cœc. Calched. act. 2. in fin.

1. Cor. 15.

Ioan. 3.

Ioan. 8.

Ibid.

Ioan. 3.

HOMO nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ac nos carni communicauit & sanguini. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat; sed assumens *humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Verumtamen & in humanitate Deus remansit, & omnium Dominus, * utpote naturam & veritatem ex Deo Patre sortitus. & id nobis euidentissime sapientissimus Paulus ostendit: *Primus enim, inquit, homo ex terra de limo, secundus de celo.* Atqui Virgo sancta peperit templum Verbo vnitum: sed de celo dicitur, & recte quidem, Emmanuel. desuper enim & ex substantia Dei & Patris natum est Verbum ipse: descendit vero ad nos tunc, cum factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Ioannes de eo, dicens: *Qui desursum venit, super omnes est.* Et ipse Christus etiam ad populum ait Iudæorum: *Vos de deorsum estis; ego de supernis sum.* Et rursus: *Ego non sum de hoc mundo.* Licet pars mundi, sicut homo, nuncupatus sit; sed erat cum hoc quoque supra mundum, ut Deus. Meminimus enim plane dicentem: *Et nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, filius hominis.* Descendisse autem dicimus de celo filium hominis per vnitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & diuinæ maiestatis claritudinem.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἀνόμασαι, καὶ τοὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχον θεός, ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετρητικῶς αἵματος καὶ σαρκὸς ὀρατητικῶς ἡμῶν. ὡφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἰσὶ ἡμῶν, καὶ οὐ μὴδὲς ὄψιν ἡμῶν, ἀλλ' ἐν πνεύματι γινώσκων ἡμῶν ἀνθρώπου, καὶ τελείως ἐχούσης καὶ ἴδιον λόγον.

* humanitatem nostram,

* al. qui natura & veritate ex Deo creatus & Patre.